

Լ ՏԱՐԱՄԼԷՄ: Լ. Est conjunctio copulativa et, atque. Տարամլեմ autem est tempus prateritum infinitivi modi à verbo neutro Տարամլի Sitire, cum spiritu aspero littera Լ superimposito.

ՕՒՆՆԻ: Est Praepositio ex non ingredientibus vocum compositionem. Sic e.g. Post, Postea. Percipere paulisper lubeat distinctionem illarum praepositionum, quae vocum compositionem ingrediuntur, et non ingrediuntur. Breviter dicam; Praepositiones compositionem ingredientes dicuntur ea, quae semper ab initio compositionis ponuntur, et quandam quasi unionem constituunt cum subsequente vocabulo. Contra non ingredientes compositionem sunt ea, quae semper separatim ponuntur, nullumque nexum subsequentis vocabuli patiuntur.